
















Antonius Lollius geminianēsis Reuerendissimis dominis·R. Uicecancellario·M·Sancti Marci·F·sancti Eustachij·S·R·E. Cardinalibus. Executoribus bo·me·Car·Matisconeñ·S·P·D.

Uram mihi decreuistis prouinciam Patres Rmi cui? si iure recusare administrationē potuissem Libenti id effecissem animo·Sed ita res erat·vt si dedecus subiturus essem id subire voluissē potius in male administrādo/ꝗ in non paren do eoꝝ imperijs/ quib? iam diu factus suꝫ dedititius· Orauim? Et qđ orationi deerat (deerāt eñ omnia) placida suppleuit ve stre dñationis attentio· Quā cū ceteri accuratā viderint/vel me loqui grādia/vel suo assequi nō posse in genio estimarūt·Quare ⁊ habemus ⁊ agimus vob:s gracias (si vnꝗ p vos poterimus) relaturi. qui tali me dignū ꝓuincia cēsuistis·Accipite ergo serui toris vñi primitias vt que auribus ꝑcepistis/oculis castigare pos sitis·Ual·pridie kal·Octobris.

Antoñ. Lullij Geminianensis Oratio habita in funere domini Ph·Rmi Car·Matisconeñ·Frqeueti.R·Car·Senatu·

A templo Appollinis delphici Patres Rmi scriptum erat Grecoꝝ vulgatissimū illud ꝓuerbiū

Latine cognosce te ipm· Qđ verbū aquinas ille in satyra e celo descēdisse testat̃·Nam qui seipm norit/diuinū (inqt Cicero) se aliqd habere intelliget· videbitqꝫ queādmodū a natura subornatus in vitā venerit: quātaqꝫ adhauriendū sapiaꝫ secū portauerit instrumenta. Hoc verbū si ego prius ꝗ hunc locū ꝯscenderē recte aīo reuoluissē/nunꝗ cōmisissē ꝓculdubio/vt supra vires meas debilibus humeris tā graue onus imponerē·Presertim cū in eo me loco videā constitutū/quo vniuersalis eccl'ie colūne/ac clarissima toti? orbis lumīa ꝯuenerūt· Uincit tñ me patientia vr̃a/ atqꝫ humanitas plusqꝫ apud me illa valet vt loquar ꝗ mea vt taceam prauitas·Uincit me maioꝝ meoꝝ imperiū/quibus (modo me ꝑ



berem morigerum) ignorantie mee arcana detegere non curaui. Si tamen mihi hodie illud acciderit quod plerisqz oratoribus claris contigisse priscorum monumẽtis accepimus/ vt a me ipse orãdo deficerẽ/ea obsecro in me vtamini pietate: qua vti solent hij/ qui alijs iugum imponere consueurunt.

Urelius ille Augustinus eloquio ingenioqz clarissim⁹ edificatis sue ciuitatis menibus / habitatores in eam Stoicos introduxit/vt cum illis de philosophie dogmatibus/secretisqz certaret. Uenientibus in humane conditiõis disceptationem: varie opinionis exurgunt. Uidetur enim nonnullis mortis conditio acerbissima / ꝛ oĩbus prosequenda singultibus. Alijs vero felicissima. Sunt ꝛ qui medium quoddam eligentes ꝛ humanitate mereant: ꝛ immortalitate letentur. qua quidez in re si litteraꝝ/si philosophie vertices/distractos in diuersa conspicio/ non immerito ipse homululus anceps hodie sum. Patres Reuerendissimi an huius optimi patris Philiberti obitu dolere oporteat / an letari. Tria ergo personarum genera diuersa inter se sentientium pro virili nostra collegimus. Uulgarium scilicet. Stoicarum: Catholicarum: Quarum opere precium erit ratiões intelligere: Quib⁹ (vt sententia deinde ferri possit) molestũ nõ sit humanissimas simul ꝛ eruditissimas aures vestras accommodare. Sed imprimis quas rationes vilis plebicula / ꝛ ignauũ vulgus in medium adducat / audite.

¶ Tribus de causis dolendum esse mortalium excessu vulg⁹ existimat. tum mortis ipi⁹ conditione: tum seruitute impensa: tum veteꝝ exemplis. Dura nãqz ꝛ horrenda est (inquit) mortis cõditio. Nec fieri potest (nisi oĩno efferati simus ꝛ hircanis similes tigribus) quin eoꝝ cõmoueamur interitu / cũ quib⁹ iuncta nobis animoꝝ vincula extiterunt. Nonne Orestez deplorabit Pylades Nonne Castora pollux? Nonne Curialẽ Nisus: Que hircania tales feras enutrijt? Quis caucasus. Quis Protheus tã dura corda formauit. Jacet nunc illa Reuerendissimi patris Phyliberti

erudita dissertaq; lingua. Jacet ille vir Clarissimus. Strata est vna ex ecclesia christiana columna. Quis ergo non consternabitur? Quis non dolebit? Videns subtractis basibus mancum esse edificiu3. Quo obsecro viueretis animo. p. cpti. si quibus dom? & palatia vestra fulciuntur corruisse marmora videretis? Si essetis edium ruinas minantium incole? Puto pauerent omnes: Cotremiscerent omnes. Dolerent omnes. Quanto magis ergo dolendum est nobis/ qui ecclesie nostre tibicines cernimus esse collapsos. Et quos tibicines eos profecto/ qui soli substinere totam machinam voluisset. Scitis enim qualis viri hodie celebremus exequias: qualis vite Qualis prudentie Scitis qualem iactura3 eius amissione fecerimus: Quam viduã ecclesia reliquerit. Hũc si deplorare debemus/ videamus que in eo partes fuerint que deploratione sint digne. Originem trahit Reuerendissimus pater Philibertus ex nobilissimo Gallorum genere quod vetustissimi grecorum & latinorum summis laudibus extulere cosmographi. Nec parui refert ex qua quis patria natus sit. Nam simonides ille Lyricus non mediocrem hominis beatitudinem nobilem patriam dixit. Hanc Gallorum gentem eloquentissimis sapientissimisq; viris refertam diuus scripsit Hieronimus: apud quos (vt annam vtamur testimonio) grece primum. deinde latine littere vigerunt. et vigent. Unde nostri (inquit ille) gallicana eloquentia gloriati sunt. Innumerabiles theologi ex hac patria prodierunt. Ita vt equo troiano merito conferri possit. Nam velut ex illo strennui milicij duces egressi sunt sic ex Gallicorum gymnasijs theologie optimi professores eluceant. Adeo seruitutem abhorruit Gallorum gens vt ex iurisconsultorum sententia ne filios quidem proprios sub patria potestate haberent. Ex hac ergo nobili gente ortus est Phylibertus. & sicut ei patria. ita ipse patrie splendori fuit ac ornamẽto. ¶ Natus est in matisconẽsi oppido ac nutritus: Ubi prima lrãꝝ didicit elemẽta. Diuione3 deinde studioꝝ gracia se recepit. Inde Taurinũ missus cesareo

viri operam nauauit sedulo. In Papiensi vero studio (vbi p sex annos morā traxit) ita profecit/ vt in vtroqꝫ iure doctoratus apicem mereretur assumere Receptis insingnibus ac doctor declaratus ad patriam redijt. Ubi a patruo suo Matisconensi Epo ad quandaz (vt ipsi dicunt) officiatus dignitatē promotus/ nō multo post in eiusdē ecc'ie decanū elect? est. Accersitus deinde a fratre germano Guilielmo Ugonetto Illustrissimi ducis Burgūdie Cancellario dignissimo ad Paulū prius. ad Xystum deinde pontifices maximos. Tercio ad Serenissimū Ferdinandum Regem designatus est/ ac missus orator. Decedente patruo/ ad Matisconensem cathedram vocatus est. ꝛ pcibus Illustrissimi ducis Burgūdie confirmatus. In qua qdem dignitate tale sue virtutis: tale sue vite periculuꝫ fecit/ vt anno secūdo Xysti pōt. max. in cardinaliū numeꝝ sit relatus. Cum quibus vndecimū versatus annū ac menses quattuor/ omībus ecclesie sacramentis deuotissime ac xpianissime susceptis humanitatē deposuit. Hui? patris Rmi qd vobis fidem. quid facilitate: quid ingeniū: quid eximiā reꝝ oīm experientiā commemorē patres. quid liberalitatem: quid animi magnitudinem: iusticiam: equitatem dicam Que omnia (licet ex omnibus singula ad consummatum sufficere posse; hominem videantur) in eum tamen simul veluti facto agmine concurrebant. Adeo vt quicquid eorum alibi reperiri poterat/ ex illius prodijsse armario credi posset. Plorate ergo littere cultorem vestrū. Obijt enim ille/ qui vos in ceno ac sordibus iacētes erigebat. Defunctus est ille/ qui ad luceꝫ vos e tenebris reuocabat. Raptus nobis est ille/ cuius semper commertio vtebamini. Obijt mecenas vester. Fabius vester interijt. Diem clausit procuculei?. Humanitate spoliatus est Lentulus.

¶ Transeo innatam dn̄i huius humanitateꝫ: qua omnes. (suo tn̄ decore seruato/ ac dignitatis sue rōe habita) ꝯsueuit amplecti Non enim se (vt multorum est) propter apicem extollebat. Sed fortune mutationes considerans/ id videbatur attendere/ in tuis manu esse/ euehere humiles/ superbosqꝫ deprimere.

Locatos sibi esse oculos in fronte arbitrabat᷑/non vt terram/sed celum suspiceret. Unde ab auaricia: Cupiditate: in vita sua sem/per abhorruit: Cuius testis est munificentia: quam non modo in bene de se meritos/sed ⁊ in eos quos nunq̄ꝫ vidit exercuit. Et quid aliud Patres optimi nisi summa liberalitas fuit/que hunc patrem Reuerendissimum ere alieno dimersit! attentis optimis moribus/attenta continentia/modestia/qua ipsum natura orna uerat: honestauerat: insigniferat: Doctis ac claris ingenijs sem/per fauit: Quod domus sua tota declarat: Cui tale virorum orna mentum reliquit. quo cuiuslibet principis/ipsius etiam curia im peratoris honestari posset. Non possem (nisi presens esse) virtu tes dotesqꝫ huius inclite familie preterire. Non tamen fidem hāc silebo/quam vsqꝫ ad vltimum sui domini spiritum eam seruasse conspicitis. Sibi enim serui iudicauere congruere/oculos pijssi/mi domini morientis occludere. Qui (si stamina ei sorores ille ꝓ pensius traduxissent) bn̄merit⁹ de ipsis multo extitisset vberi⁹ Quid eius integritatē dixero! Equissimus enim semper iudex fuit. Ita tamen equus/ vt iusticiam non desereret. Ita iustus vt ab equitate ⁊ misericordia non abiret.

Omitto singularem in eo canonum peritiam. Dignitati sue pecu liare studium: Cui (licet in delitijs versari posset) manibus ta men (vt dicit᷑) ⁊ pedibus diligenter incubuit. Considerauit eñ non ad blanditias/sed in partem solicitudinis accersiri prelatos Qui (iuxta orthodoxas patruꝫ sanctiones) ignorantiam a se ve/luti pestem quandam tenentur abijcere.

Hec omnia ⁊ his maiora q̄ꝫplurima inprestantissimo hoc viro ⁊ ⁊ audiri poterant ⁊ videri. Nunc vero abijt in puluerem. Et diu turni temporis labores vna hora consumpsit. Quare fieri non potest (inquit vulgus) quo eius interitus molestissime non fe ratur/ab his presertim/qui sibi vel necessitudine aliqua fuerant vel propinquitate coniuncti. Et quorum spes ex sue vite spiritu summa pendebat. Quiqꝫ ex sue dominatiōi impenso seruitio ere ctionem vel emersionem consequi aliquam autumnabant. Nam

si optimorum virorum vita expetenda est/⁊ orandus immortalis deus/non solum vt illis diutinum/sed perpetuum tempus indul geat/Certe non est sine luctu ac merore ipsorum dissolutio transi genda: Tum vt consuetudini nō desimus: Tum ne (siccis ocu lis transeundo) videamur/vel a nobis ademisse humanitatem: vel non amasse defunctos. Preterea instar nephariorum homi/ num viderentur lachrymas non meruisse. Quemadmodum si perditissimos quosq; ⁊ sceleratissimos vel capite percuti: vel alio quouis supplicio contingat occidi/Certe in eorum obitu risum potius q̃ȝ dolorem excitari videbitis. Cum nemo tam inimici tā ferino sit pectore/qui non velit mortem suam aliquo lachryma/ rum ⁊ nenie genere celebrari. Jdcirco accepimus Herodem illum qui se ad crudelitatis genus omne deflexerat (cum sibi persua/ deret leticiam iudeis eius interitum allaturuȝ) precepisse Salo me sorori sue/vt iudeorum nobilissimos illos quos carcer habe/ bat ipsius emissio spiritu ene caret. Ut iudea que ipsum vinum defleuerat/defunctum quoq; lugeret. Quid plura Patres opti/ mi. Cur in magnis funeribus vestes lugubres: Cur fletus: Cur lamentationes aspicimus: Non fierent hec si digna reprehensio/ ne essent. Nonne in vberrimas lachrymas prorupit Jacob/cum falso a fratribus nunciatam Joseph filij mortem audiuit: Nonne sua discidit vestimenta: Quid in Absolon obitu de Dauid di/ cam: quem secundum cor suum sibi deus elegerat. His ratio/ nibus Patres Reuerendissimi plurimum angi debere naturali concessione ipsum vulgus existimat.

Cui tantum licentie lachrymis concedenti/Jlle rigidus Stoi/ cus ac morꝝ censor occurrit. Rugas contrahit: Frontem obducit. Quid inquiens ais cum muliebri sententia imperium Uulgus. Responde obsecro bono ne an malo tristari oporteat. Malo in/ quies/At mors malum non est. quod tibi et re et argumentis ostendam. Si enim post mortem nihil esse dicimur/maluȝ non est mors. Aufert enim sensum mali. Si autem extinctis cor/

poribus supersunt anime vt supersunt / immortalitatem habe/ mus. Gratulemur ergo· quia meliorem nobis statum est allatu/ rus interitus. Quare minime mirum est si Egesia cirenai/ co vite huius deplorante miserias / qui eum audiebant in seipsos iniecere manus· putantes (soluta ex ergastulis corporis ani/ ma) vera se immortalitate potiri· Quod et Cathro· Ambracio/ tes· Theobrotus· aliiqz effecere quamplurimi. Quod et fieri Magister gentium Paulus concupiuit. Nonne illi maxi/ me increpandi sunt viatores / qui cum sint ad multa milia pas suum profecturi / ad primum deficiunt lapidem: Si ad patri/ am celestem tendimus: Si ad eam natum esse hominem intelli/ gimus: Si ad hunc finem non potest (nisi morte interuenien/ te) transferri / Quis mortem non optet: Quis eam defleat: Quis singultiat: Nisi qui primum lapidem transire non curat· Nisi qui deorsum non sursum figere oculorum obtuitus· Morien dum itaqz et leto quidem animo calcanda semel via leti / cum ex ea immortalis vita repululet· Nonne si cum deterrimo de/ trusum carcere: compedibus / manicisqz constructum solui con/ tingat / exultare debemus et plaudere: Et quid aliud vita homi num est / nisi carcere detrudi: Compedibus astringi: Ma/ nicis ligari que non sinunt nos volatu libero progredi / quo opta mus Si magnis agitatum procellis hominem. ad portum vide/ remus appellere / Inuidere diceremus potius qz dolere· Si eius appulsionem merenti animo prosequamur· Infantiam lu/ gebant veteres· et progressus primos in lucem· Miseriarum· Ma lorumqz presagium· Decessu vero exultabant. Intelligentes pro/ fecto iam mundi prelio / expectari victoriam. Si orditur ergo a lachrimis infantia. vt nascentium puerorum vagitus ostendit. Consequens est vt ordiri a letitia mortem dicamus Hec mihi in sui ortus initio risisse zoroastem adducat antiquitas cum mala/ rum artium omen risus ille portenderit·

Laudemus Anaxagoram potius: qui immoto vultu nunciato fi

lij obitu mortalem se genuisse respondit.
Laudemus Celantem. Veneremur Empedoclem.
Hos tibi o Vulgus imitandos propone. Non auiculas mulieres que vt flerent oculos erudiere suos. Quarum lachryme nescio an oriantur citius an arescant. Cur queso morte dolendum sit cum vanitas: afflictio sit. omnisq; vita supplicium. Cum nulla sincera voluptas: Cum extrema gladij occupet luctus.
O miseram hominum conditionem. O vitam lachrymabilem. que hominum dei ymaginem: hominem dei plasmatum manibus in huius mundi ceno implicitum teneas et obuolutum. Non iniuria ergo exclamabat ille. Quis me liberabit de carcere mortis huius. Quid homine viuente sordidius? Considerate obsecro Patres optimi. Quid per os. Quid per nares. Quid per aures. Quid per oculos. Quid per ceteros corporis meatus egrediatur. Vilius sterquilinium nunquam vidistis.

¶ Quid ergo superbis homo? Cuius conceptio culpa. Nasci pena: Labor vita: Necesse mori: Post mortem vermis: Post vermem fetor et horror. Et sic in non hominem vertitur omnis homo: Quid anima a corpore soluta purius? Quid splendidius: que carneis soluta neribus ad celum (vnde est de lapsa) reuertitur. Homo immortalis erat. Immortalitatem reatu primi parentis amisit. Quam cum spiritus efflatione recuperare possit & quottidie morte recuperet.
Tristabimur patres: Dolebimus patres: Plorabimus patres: Absit vt diuinum animal. Rationale animal consternetur si per humanam hanc dissolutionem peremnitatis preciosissimum illud munus acquirimus. Nostrum Patres miserendum est, qui inter pelagi fluctus annamus. Illi portus attigerunt suos. Ad metam sunt. Et nobis sub graui onere anhelantibus mortalitatis sarcinam abiecerunt. reprime itaq; o Plebecula lachrymas & hijs congratulare qui obeunt.

¶ Argumentante Stoico/ et augi propter mortuos prohibente/ iã se offert Catholicus: Qui auream mediocritatem seruans/ Tem peremus (si placet) Stoice inquit hanc tuam in humanam: im/mitem: ferinam: Et vulgi nimis eneruem sententiam. Permitta musq; pios xpianos de carorum suorum morte tristari. dolore tamen sanabili. et fletus effundere: quos tamen reprimat fides nostra: qua eos transisse ad meliorem frugem qui hominẽ exuũt opina/mur. Quis matrem (nisi mentis inops) in funere nati flere ve/tet: Sed feras saltez postea imitemur: que fetus suos amissos nõ longo tempore vlulant. Impleant ergo homines humanitatis of ficia. Impleant et rationis: et fidei Quis Nero: Quis Phalaris: Quis dionisius: si fidissimum aliquem nactus sit eius non egre ferat absentiã: etiam si post annos reuersurus speretur. Quomo do non augeretur magis/ si nunq; se amplius habiturum eum ante oculus estimaret. At qui hoc morte cõtingit. Defũcti eñ non fle tibus: non vlulatibus reuocari põt. Pauci sunt Lazari. Pauci vi duarum filij. Una tantũ nobis spes ac cõsolatio relicta est: qua vni uersi in nouissima die a deo iudicandi resurgent. Quã diem vti nam non ire: non calamitatis: non miserie videamus. In qua fa cta nostra tanq; in tabula quadam depicta monstranda sunt. O quantis (inquit Hieronimus) in illa die expedisset / si membro rum sensu et viscerum vigore caruissent.

Quanti illic elingues et muti feliciores loquacibus tunc erunt.
Quanti pastores philosophis: Quanti Rustici oratoribus.
Quanti hebetes argutijs preferendi sunt Ciceronis. Ad sonituz eñ illius tube stultus plato cum discipulis adducet. et Aristote/li argumenta non proderunt.

Quare patres Reuerendissimi auditis partiuz rationibus possu mus iã tribunal ascendere: Et liberã pferre sñiaz. Et decernere hui9 optimi pñis obitu humanitatis grã dolendũ esse. Et spe fi/dei gratulandũ. Cũ eius vita tales mores induerit: qb9 de salute ipi9 dubitare nullaten9 debeam9. Quis eñ nõ existimet (ait Si machus) eũ sanctũ esse quẽ aperte tãte sublimitatis attollit.

¶ Unum restat vt pensemus patres ꝛ nobis moriendum esse: et quottidie mori posse. Quam legem nature necessariam non preces possunt: non opes: non dignitates immutare. Alius alio nobilior est: Alius alio ditior: Alius dignitate prestantior: Hoc solo adequamur omnes/ quia morimur omnes. Equo enim pede pauperum taberne/ regūque pulsantur turres. Horret animus dicere. Sed quot ampla imperia deleuit mors. Quot strenuos duces: Reges imperatores extinxit.

Ponite Alexandrum ante oculos: Cui vnus non suffecerat orbis Estuat infelix angusto limite mundi vt giare clausus scopulis paruaque seripho. Et tamen. et tamen (repetam) Sarcophago contentus adest: hoc est sepulchro.

Ponite ante oculos Hannibalem: quem tota non capit aphrica mauro. Percussa oceano niloque admota repetenti. Et qui actum inquit nihil est/ nisi poeno militie portas frangimus: ꝛ media vexillum porro subura. Exitus ergo quis est: vincitur idem nempe ꝛ in exilium preceps fugit. Et tanti sanguinis in Bythinia annulus vltor fuit.

Ponite magnum illum Pompeium: qui (post acceptam in ponto a Lucullo calamitatem) Asiam Romano populo restituit. Qui mithridatem insolita inflammatum victoria cōtinuit: Qui Tygranem magnis copijs immitatem Asie retardauit. Quot libras nunc in duce summo inuenies? Jacet nempe Septimij obtruncatus manu.

Hec mors non diuitijs: Non potentie: Non etati: Non sapientie parcit. Om̄ia pari ruina inuoluit/ ac conterit. Hanc non Antheus: Non Hercules. Non Samson: Non Hector: Nō Achilles euitarūt. Non ꝛ ipsi philosophi. Ubi sunt amici ꝛ familiares nr̄i qui ante hec pauca tempora nobiscū erant. Abierunt in cineres: Abierunt in vermes. Et tamen homines fuerunt sicut nos o patres. Comederunt: Biberunt: Riserunt: Jn curia erant: Ad palacia equitabant principū. Nunc vero de se vermibus esculenta p̄bent. Ubi sunt tot principes gentium? Ubi sunt Reges illi Assiri

oꝝ:Belus:Ninus:Semiramis:zameus:Arrius:Athalius:Xer/
xes: Ubi sunt Reges Persaꝝ atq; Medoꝝ: Darius:Cyrus:
Artaxerxes: ⁊ ceteri Ubi Reges Atheniensiū:Cecrops:Gra/
uan⁹:Amphitrion:Crictonius: Pancleon: Ubi estis Reges
Lacedemonioꝝ·Eraschee: Egis:Tethrate: Labotes:Doriste:
Ubi estis Sicionioꝝ principes:Gelippe: Egialeu: Europs:
Telcine· Ubi sunt Ptolemei ⁊ Pharaones· Ubi iudices ⁊
reges iudeoꝝ· Moyses:Josue:Othoniel:⁊ reliq· Ubi reges
Latinoꝝ· Ubi Albanoꝝ· Ubi Romanoꝝ Reges Ubi
Cōsules: Ubi Tribuni: Ubi Decē viri: Ubi Im
peratores· Ubi (vt ad nr̄os deueniam⁹) sunt pōtifices leo
nes: Ubi sunt Gregorij Pape. Ubi Bonifacij. Ubi
tot Romane ecclesie Cardinales Reuerēdissimi. Ubi tot sa
pientes seculi Philosophi·Astrologi:Historiographi: Oratores:
Poete: Ubi deniq; multi sunt / quos diebus nr̄is ⁊ vidimus
⁊ cognouimus: Nempe oēs illuc iuere: Quo diues Tull⁹ ⁊ An
cus Oēs in terram ⁊ matris sue viscera reuersi sunt: Oēs eo
profecti sunt· quo ⁊ paulo post profecturi oēs sumus·
Quid ergo magnificam⁹ domos: Qui Vineas: Hortos. Poma
ria tanta cura conserimus: Quid aquaꝝ piscinas extruim⁹: Ce/
lum querendum nobis est Patres·De morte cogitandū est pr̄es·
Dn̄s Phylibertus heri nobiscū erat: Loquebatur: dominabat̄:
Hodie iam non est nobiscum: Obmutescit: ⁊ tantille vine spatio
contentus iacet·De quo tn̄ optime sperare oēs debent Cū non
nisi ad virtutē:probitatē:vnitatē opera viuentis intēderint·Ei⁹
itaq; exequias non plixiori sermone/sed oblationibus ac sacrifi/
cijs celebremus: Nosq; ita ad mortē parem⁹/vt q̄ hora hostiū pul
sauerit xp̄s/sui semper hospites esse possumus·

Dixi·

Inno·viij·pont·Maximo·Mens·i·Die·xxvij.Anno incarna·do
M.cccc.lxxxiiij·


BIBLIOTECA
XV
NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE